Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

accessit ad eum mater filiorum zebedei · cum fi
liis suis; adorans et petens ab eo aliquid. Qui
dixit ei. Quid uis; Ait illi. Dic ut hi duo
filii mei sedeant unus ad dexteram et unus ad
sinistram: in regno tuo. Respondens autem
iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum; Dicunt ei.
Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum
bibetis; sedere autem ad dexteram meam et sinis
tram non est meum dare uobis. sed quibus pa
tum est a pre meo. Et audientes decem: indig
nati sunt de duobus fratribus. Iesus autem uocauit
eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium
dominantur eorum · et qui maiores sunt potestate
exercent in eos. Non ita erit inter uos: sed qui
cumque uoluerit inter uos maior fieri: sit uester mi
nister et qui uoluerit inter uos primus esse · erit
uester seruus. sicut filius hominis non uenit mi
nistrari sed ministrare · et dare animam suam
in redemptionem pro multis. Fe. v. ieremie. p.
Hec dicit dominus. Maledictus homo qui con
fidit in homine et ponit carnem brachium
suum: et a domino recedit cor eius. Erit qui mi
se in deserto et non uidebit cum uenerit bonum:
sed habitabit in siccitate in deserto · in terra salsugi
ni et inhabitabili. Benedictus uir qui confidit